ſcp̄ſit fortiſſime Qui de ira quoque et opificio duo volumina edidit.
quos ſi legere volueris dyalogum Ciceronis exceptum reperies
Firmianus qui et lactancius arnobij diſcipulus ſub Dio
cliciano principe accitus cum flabo gramatico cuius de
medicinalibus verſu compoſiti erant libri Nicomedie rethoricam
docuit. Ac penuria diſcipulorum ob grecam videlicet civitate
ad ſcribendum ſe contulit. Habemus eius Simphoſium quod adoleſcentulus ſcripſit Africe et odeporicum de Africa uſque nicomediam
exametris ſcriptum verſibus Et alium librum qui inſcribitur gramaticus
Et pulcerrimum de ira dei et inſtitucionum divinarum adverſus gentes libros ſeptem et epitomen id eſt breviarium eiuſdem operis in libro
uno acephalo Et aſclepiade libros duos et de perſecucione librum
unum ad probum epiſtolarum libros quatuor Ad demetrium auditorem ſuum epiſtolarum libros [illegible] Ad ſeverum epiſtolarum libros duos Et ad eundem de opificio dei vel formacione hominis librum unum Hic in extrema ſenectute magiſter [illegible] Ceſaris Criſpi filij Conſtantini in Gallia fuit qui
poſtea a patre interfectus eſt

Incipiunt capitula primi libri

Quanti ſit et cur ſemper fuerit cognicio veritatis et quod non ſit
religione ſapiencia nec ſit ſapiencia probanda ſit religio ij
De errore philoſophorum [illegible] prudenciam et publica ſtatuentium
[illegible] iij
An unius dei poteſtate regatur mundus an multorum iiij
Quod ſub uno ſimili deo particulares plures eſſe non poſſunt Et
de teſtimonio prophetarum iiij
De teſtimoniis poetarum et philozophorum v
De teſtimonio Cotte pontificis trimegiſti et de x ſibillis vi
De teſtimonio Apolinis et deorum viij
De [illegible] eorum qui plures deos eſſe opinantur Et unde hic error habuit originem et quod corpus deo non eſt neceſſarium nec propagacio
liberorum x
De hercule et ortu eius et geſtis et morte x
De eſculapio Apoline neptuno Marte Caſtore polluce
Mercurio xi
De pluris Iovis parentibus et ortu et vita flagiciosa et morte et
ſepultura et de officio poetarum xij
Quomodo ſtoici figmenta poetarum tamen ad phiſicam transferant racionem xiij
Quod poete et hiſtoria evacuant ſtoicorum tradicionem xiiij
De Iove Saturno et alijs xv
Quid nobis Ennius doceat in ſacra hiſtoria xvi
Qua racione homines dij ceperunt nominari xvij

Qua ratione dii esse non possunt quos sexus discernit et quod in natu-
ram dei non cadit aut sexus aut coitus aut officium generandi . xx .
Quod secundum fidem historiarum et poetarum figmenta tam ex specu-
latione perierunt et que miserie et turpitudines de diis re-
ferantur . xxi .
Quomodo refellantur hii qui deos ex hominibus factos mentiuntur . 22 .
Quod deos vanos et deos veros nemo simul colere potest . 23 .
Ut ipsa romanorum ratione religione . 24
De sacrificiis et misteriis eorum . 26 .
Quis apud romanos tot et tantarum superstitionum precipuus
autor extiterit et quis apud alios gentes . 28 .
Quo tempore cepit ritus vanarum superstitionum . 20 .
Epilogus quo docetur quis sit sapientie primus gradus . 30 .

Quanta sit aut fuerit semper cognicio veritatis et quod nec
sine religione sapientia nec sine sapientia probanda sit religio

Magno et excellenti ingenio viri cum se doctrine peni-
tus dedissent quidquid laboris poterat impendi con-
temptis omnibus et privatis et publicis actionibus
ad inquirende veritatis studium contulerunt existimantes
multo esse preclarius humanarum divinarumque rerum in-
vestigare ac scire rationem quam struendis opibus aut cumulandis ho-
noribus inherere . quibus rebus quoniam fragiles et terrene sunt et ad
solius corporis sunt pertinent cultum nemo melior nemo iustior
effici potest Erant quidem illi veritatis cognitione dignissimi quam
scire tantopere cupierunt atque ita ut eam rebus omnibus antepone-
rent Nam et abiecisse quosdam res suas familiares et renuntiasse
universis voluptatibus constat ut solam nudamque virtutem nudi expe-
ditique sequerentur tantum apud eos virtutis nomen et auctoritas valuit
Ut in ipsa esse summi boni premium predicaret Sed neque adepti sunt id
quod volebant et operam simul atque industriam perdiderunt quia ve-
ritas id est archanum summi dei qui fecit omnia ingenio ac propriis sen-
sibus non potest comprehendi Alioquin nichil inter deum hominemque dis-
taret si consilia et dispositiones illius maiestatis eterne cogitatio asse-
queretur humana Quod quia fieri non potuit ut homini per se ipsum
ratio divina notesceret non est passa hominem deus lumen sapientie requi-
rentem diutius errare ac sine ullo laboris effectu vagari per tene-
bras inextricabiles Aperuit oculos eius aliquando et notionem